

turó vitam possidere mereamur æternam. Quod ut  
obtinere possimus, toto mentis affectu ejus patrocini-  
nia imploremus cujus natalitia celebramus (75). Dat  
nobis fiduciam hæc implorandi qui eum pro Roma  
orantem se exaudire promisit. Ipse enim qui nos

(75) Ex his verbis ac superioribus num. 1, *cujus hodie venerandam assumptionis diem debita solemnitate recolimus*, liquet dictam esse hanc homiliam

A admonuit orationem ejus quærere, per ejus merita nos exaudire dignetur. Qui trinus in personis, et unus in substantia vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

festo S. Alexii, eodem, ut suspicor, die quo hodie-  
dum colitur apud Latinos 17 Julii.

## PROFESSIO REGULÆ S. BENEDICTI

A BEATO ADALBERTO

Romæ in monasterio SS. Bonifacii et Alexii confessorum, die 2 Aprilis anni 991 facta.

(Apud Bocsek, *Codex diplomaticus Moraviae*, p. 104.)

† Ego Adalbertus promitto stabilitatem meam B secundum regulam sancti Benedicti, coram Deo et  
et conversionem morum meorum et obedientiam omnibus sanctis ejus et abbate Augustino præsentem.

ANNO DOMINI DCCCCXCIX.

## GREGORIUS V PAPA.

### NOTITIA HISTORICA.

(Apud Eggs, *Pontificium doctum*, pag. 287.)

Gregorius V, natione Germanus, Bruno antea dictus ex ordine S. Benedicti, Othonis Saxonie et Sueviae ducis ex Juditha paris prosapie femina illustris filius Joanne XVI mortuo, ob vite morumque integritatem, magnamque rei litterarie cognitionem, Othonis imperatoris suasu, qui Romæ tum aderat, a clero populoque Romano, sexto Kal. Septembris anni 998, Romanus electus est pontifex. Hic ob largissimas elemosynas, diem in pauperes, xiduas, atque pupillos erogatas, aliaque innumera dona oratoriis, ecclesiis, et monasteriis facta, *Gregorius Minor* ad distinctionem *Magni* appellatus est.

Anno sui pontificatus primo, bona omnia superioribus annis Ecclesie Ravennati a pontificibus concessa, Joanni archiepiscopo confirmavit, sanciens, ne ab ullo clerico Ravennate per omnem Æmiliam et Pentapolim portorium aliquod exigatur. Roberto Galliarum regi, Hugonis Capeti filio incestas cum Bertha nuptias interdixit; quare Robertus relicta Bertha Constantiam Wilhelmi Tolosani comitis filiam, annuente Gregorio, in matrimonium duxit. Gaudentium fratrem sancti Adalberti Pragense episcopi, Miecislao principe id per litteras, et nuntios petente, ad Gnesnensem cathedram in Polonia evexit. Heriberto archiepiscopo Coloniensi jus pallii concessit eundemque postea in numerum septem electorum, quibus creandi imperatoris Romani jus concessum est, assumpsit. Othonem III cum Maria

C conjugem imperiali, corona, et Augusti titulo in basilica Vaticana insignivit.

Anno vero Christi 997, abeunte in Germaniam Othone Augusto, Crescentius vetere dominandi libidine stimulatus, Gregorium pontificem diris seditionibus exagitare cepit. Cujus vim cum Gregorius omni præsidio militari destitutus ferre diutius nequiret, Joannis prædecessoris exemplo, Urbe egressus in Etruriam se recepit. Gerebat eo tempore Placentiæ episcopatum Joannes quidam *Philagatus* appellatus, natione Calaber, patria Rossanus, professione monachus Cassinas, qui litterarum scientia, qua exercebat et pecuniæ magnitudine, qua cæteros superabat, inflatus, eo usque arrogantiae fuerat prolapsus, ut semetipsum ultro archiepiscopum appellaret. Hunc igitur, quod pecuniosus esset, turbis concitandis aptus, Romani nacti, auctore Crescentio, pseudopontificem adversus Gregorium absentem proclamarent. Qua re cognita Gregorius in Germaniam, questurus simul injuriam, ac opem Cæsaris imploraturus, concessit. Crescentius rerum edoctus, nihil de contumacia remisit, quin potius, quasi certum Othonis bellum haberet, Urbis mœnia firmare, aggeres struere, fossas agere, et ante omnia molem Adriani (a suo nomine postea *Crescentii* dictam) variis propugnaculis, comætu, et milite munire cepit.

Otho Gregorii precibus exoratus, eodem anno cum firmissimo omnis generis copiarum robore re-